Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ab oriente venerunt iero
solima dicentes Ubi est qui
natus est rex iudeorum vidi
mus enim stellam eius in oriente
et venimus cum muneribus
adorare eum Audiens autem
herodes rex turbatus est et
omnis ierosolima cum illo
Et congregans omnes prin
cipes sacerdotum et scribas
populi sciscitabat ab eis ubi
christus nasceretur At illi dixe
runt ei in bethleem
iude Sic enim scriptum est per
prophetam Et tu bethlem
terra iuda nequaquam minima
es in principibus iuda Ex
te enim exiet dux qui re
gat populum meum israel Tunc
herodes clam vocatis
magis diligenter didicit
ab eis tempus stellae qui ap
paruit eis et mittens il
los in bethleem dixit
ite et interrogate diligen
ter de puero et cum inveneri
tis renuntiate mihi
ut et ego veniens adore
eum Cum audissent
regem abierunt Et ecce
stella quam viderant in o
riente antecedebat eos
usque dum veniens stetit
super ubi erat puer Ga
udentes autem stella gauisi
sunt gaudio magno val
de Et intrantes domum in
venerunt puerum cum ma
ria matre eius et procidentes
adorauerunt eum Et
aperientes thesauros suos
obtulerunt ei munera aurum
thus et myrram Et respo
so accepto in somnis
ne redirent ad herode
per aliam viam reuersi
sunt in regionem suam
Credo canit illo die p
octauo Offertorium R
eges tharsis et insule munera offerent
reges arabum et saba dona
adducent et adorabunt eum
omnes reges terre omnes ge
tes seruient ei Secreta Ac
cipe quesumus domine do
na populo tuo quibus